

CAROLI SIGONII

De vita, & rebus gestis

ANDREÆ AVRIÆ
MELPHIAE PRINCIPIS

Libri duo.

Ab Auctore postremò recogniti.



GENVÆ,

Apud Hieronymum Bartolum, 1586.

De licentia Superiorum.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



Illustrissimo Adolescenti

ANDREÆ AVRIÆ

IO. ANDREÆ F.



Pompeius Arnolfinus. S. P. D.



AROLI SIGONTII de vi-
ta, & rebus gestis ANDREÆ
AVRIÆ proavi tui libros
duos in lucem editurus, tuo
potissimum nomine præscri-
bendos censui, non ut te exem-
plo tanti viri ad gloriam exci-
tarem; sed ea tantum ratione
ductus, quia domesticas res,
& laudes continent. Non e-
nim sum adeò ineptus, ut te
vllis ad virtutem stimulis indi-

gere putem; cum ea sit stirpi tuæ insita vis ad illustria, & glo-
riosa facta edenda, ut tanquam fertilis arbor, suapte natura,
nullo educationis, vel artis subsidio egens, ea proferat, atque
producat. Multis hoc maiorum tuorum exemplis confirma-

† 2 rem,

CAROLI SIGONII

DE VITA, ET REBUS GESTIS

ANDREÆ AVRIÆ

MELPHIAE PRINCIPIS.

Liber Primus.



ANTIQUAM FLORENTIS
quondam Italiae dignitatem, uel pra-
cellentium ingeniorum laude, uel
insignium virtutum magnitudine
partam, falso iampridem amissam,
Itali conqueruntur. neq. enim dubitandum est, quin
tutus illa, quam benigna olim, Italici uel celi, uel
soli aspiratio intulit, etiam nunc ingenij, virtutisq.
indoles maneat; modò, aut eadem in hominibus vi-
geret industria; aut eadem virtuti cuiusque ad lau-
dem, & immortalitatem pateret via. hoc cum in ce-
teris artibus intueri, cum in re bellica apertissime
perspicere licet: in qua, quàm multi, non multis ab
hinc annis, & consilio, & manu prompti floruerint,
facile est unicuique videre, qui quibus bellis proxi-
mè iactata Italia, & quibus Imperatoribus ea gesta
sint, secum animo repetere, eademq. ratione, quae in
quoque